

(γ) Peccatorum **CONDONATIO**, *vers. 22.* (de qua sup. *Cap. 43. v. 25.*) Emphatica sunt hæc: Jagh vthstryker / såsom itt Moln. quem admodum enim nubes sive nebula à Sole dispellitur, ut nusquam appareat: ita iustitiæ Sol **CHRISTUS**, peccata populi sui è medio tollit, ut non amplius noceant, *leg. Mich. 7. v. 19.* wende tigh til migh / per veram pœnitentiam, cujus præcipua pars est fides, remissionem peccatorum apprehendens: hinc additur, ty jagh förlossat tigh: ubi causa remissionis peccatorum exprimitur, nimirum redemptio in satisfactione & merito Christi posita. Hujus autem immensi beneficii, ut & liberationis ex capt. Babyl. accuratiore consideratione q. abreptus Propheta, in laudes Dei, & gratiarum actione erumpit, *vers. seq.* Ergo

(δ) Dei **LAUDATIO**, *vers. 23.* Frögder eder i Himlar / &c. Cum omnia creata sint propter hominem, & homo propter Deum, æquum est, ut omnia cum homine exultent, & ipsi de beneficio Redemptionis q. gratulentur, *Conf. Psal: 19. v. 2. & 33. v. 5. ac præcipue, Psal: 148. v. 1. 7. 9. & Canticum trium virorum in fornace.* Allegoricè si hæc pro popoæja explicetur, per *Cælas*, Ecclesia triumphans; per *terram*, Ecclesia universalis; per *montes & sylvas*, Ecclesiæ particulares; & per *arbores*, Christiani intelligi possunt. Exultationis causa additur verbis seqq. scilicet.

(ε) E capt. Babyl. **LIBERATIO**, *vers. eod.* ty Herren hafwer förlossat - *Conf. Cap. 14. v. 1. - 7.* och är herligh i Israel / in Israël glorificabitur, propter admirandam hanc liberationem. Hæc verba non incommode applicantur liberationi Spirituali per Christum; & sic exultationi priori addatur cantus Angelicus, *ex Luc: 2. v. 13. 14.* Huic autem liberationi fidem facit tribus invictis argumentis:

(1) A Dei **Potentia**, *vers. 24.* (*conf. v. 2.*) quod in fine versiculi dicitur, utan hielp / id vulg. reddit. *nullus mecum, LXX. τίς ἐτίπ;* Hebr. *quis mecum?* Mundi creationem, & omnium quæ in eo sunt sibi *Soli* vendicat Deus, *h. l. & Cap. 42. v. 5. & 45. v. 5. 6. 7. conf. Gen: 14. v. 19. Apoc: 10. v. 6.* ut sciant Judæi & omnes homines, eum esse omnipotentem, & posse ea, quæ promittit, implere. Hoc idem repetit Deus etiam post liberationem ex capt. Babyl. per Prophetam *Zachariam, Cap. 8. v. 6.*

(2) A Dei **Sapientia**, *vers. 25.* Spåmans Zetn - *signa divinorum idololatrarum dissipans*, ut eventus non respondeat prædictionibus, *göt the Zetnarydare galna / insanire faciens ariolos*, hi enim q. in furo-

252
120

in furorem vertuntur, quod nihil eorum eveniat, quæ prædixerunt: *the-wiſa* - *Magos* intelligit, qui propter noticiam Astrologicam paſſim ſapientiæ nomine celebrantur, quorum prædictionibus Babylonii inſallibiliter fidem habuere, de invicto Babylonis imperio. Quippè effectus ſiderum in manu Dei ſunt, qui eos pro bonâ ſuâ voluntate moderatur. *Conf. Eſa: 8. v. 19.* cui Soli poteſtas eſt in imperia. *leg. Dan: 4. v. 14.* ſed ſequitur.

(3) A Prædictionis *Evidentiâ*, *verſ. 26. ſtadsfæter* -- *Hebr. ſuſci-tat verbum ſuum*, h. e. reipſa præſtat quod prædixerat, *leg. Jer: 29. v. 10. Conf: v. ult: hujus cap. & cap 45. v. 1. ſin Tienares* - ſcil. *Eſaiæ. leg. c. 14. v. 1. ſeqq. ſin bodſtaps, nuntiorum ſuorum*, h. e. reliquorum Prophetarum, eandem liberationem annunciantium, unâ cum Hieroſoly-mæ, reliquorumque in Judæa oppidorum à Babyloniis vaſtandorum, reâdificatione: *theras Sdel* hoc eſt, agri & vineæ ruruſus excolentur.

II. *Appl.* Cum S. R. maj:tas hærum feſtivitatum publicatione, unice ed collimet, ut agnoſcamus & conſideremus. (1) Immenſam Dei miſericordiam, qui tot tantisque beneficiis nos in hunc uſq; diem affecit. (2) Noſtram ingratitudeſ, quâ hiſce benef. abuſi ſumus. (3) Levioreſ pœnas, quibus nos hæcenus viſitavit, expectans converſionem noſtram. (4) Majoreſ pœnas, quas promeruiſimus non procul abeſſe. cum undequaque gliſcant; & (5) Media, quibus imminencia pericula avertamus, verâ nimirum pœnitentiâ; Ergo, *i dagh-Pſal: 95. v. 8. ſtictom of- Amos. 4. v. 12.* Et quamvis magna pars hominum, hæcæ præcum ſolemnia ex conſuetudine tantum celebret, ſunt tamen multa piæ ac devotæ mentes ſeriò Deum colentes, quibus cordi eſt præſens rerum facies in Chriſtianismo & Patriâ noſtrâ, pro-ur eam vivis coloribus depinxit Rex noſter Clementiſſimus in ſuo Di-
plomate. Proinde ad Mandatum Dei, ter Opt. Max. & ſereniſſ. noſtri Regis, piis iſtis hominibus nos aſſociemus, agnoſcentes peccata noſtra, pœnitentiam agamus & piè vivamus. Quod jam primariò ex hoc textu diſcamus, & quidem.

1. (Ex Verſ. 21.) Siquidem *Servi Dei* ſumus ratione Creationis, *Ec. vid. Expl. Text. v. 21.* Ergo ſummo ſtudio caveamus, ne ſerviamus Mundo, *Jac: 4. v. 4.* Nec peccato, *Rom. 6. v. 15. ſeqq.* Neque carni, *Rom: 8. v. 6. 7. 8.* Neque voluptati, *2. Pet. 2. v. 12. 13. 14. 18. 19.* Neque ventri, *Phil. 3. v. 18. 19.* Neque Mammonæ, *Matth. 6. v. 24. 26.* Sed Deo, Creatori, Redemptori & Sanctificatori noſtro unice ſerviamus, idque

*Manjo
peccato
Carni
Voluptati
Mammonæ*

Rom 8: v. 7. 8. 2 122 lege

idque reverentē, (timore filiali, vid. Conc. ex Jer. 5. v. 22.) fideliter,
1. Cor: 4. v. 2. diligenter, Psal: 123. v. 1. seqq. innocenter, Luc: 1. v. 74.
75. prudenter, Matth: 10. v. 16. patienter, Syr: 2. v. 1. seqq. constanter,
(finaliter) Apoc: 2. v. 10. 11. in summā: studeamus gravem illam
increpationem effugere, Luc: 18. v. 32. δὲ λὲ πονηρῆ. Et demus operam,
ut svave illud alloquium audiamus, ex Matth: 25. v. 21. εὖ δὲ λὲ ἀρῶ-
ντῆ ἡ πωλεῖ.

2. (Ex Vers. 22.) Quoniam hīc svavissimē invitamur ad pœnitenti-
am agendam, Conf. 2. Chron: 7. v. 12. 13. 14. Prov: 28. v. 13. Esa: 30. v.
18. Jer: 3. v. 12. Ergo in Nomine Iesu, obediamus Deo, ad pœnitenti-
am tam feriō invitanti. Scrutemur vitam nostram juxta illud, Thren.
3. v. 40. 41. 42. Et juxta prœcepta Decalogi, in quo scrutinio offende-
mus multa & enormia esse peccata nostra; Dicemus ergo ex pœniten-
ti corde cum Davide, ex Psal: 32. v. 5. Et cum filio prodigo, ex Luc:
15. v. 21. cum Publicano, ex Cap. 18 v. 13. idque faciamus festinanter, Syr.
5. v. 4-9. ardentē, Joel: 2. v. 12. 13. & confidenter, ad priora dicta, qui-
bus invitamur ad pœnit. agendam, add. Matth: 21. v. 22. Jac: 1. v. 6. 7. 8.

3. (Ex Vers. 23.) Peccatis, ex gratia per & propter Redemptorem
nostrum Christum, ita remissis, est quod ex toto corde gratias aga-
mus, ex Psal: 103. v. 2. 3. & ex animo lætemur, ex Esa: 61. v. 10. add.
Mich: 7. v. 18. Hujus enim inestimabilis Gratia Dei memores, ut &
omnium beneficiorum divinatorum, (enum. præcip.) non tantum ipsi-
met animicū gaudemus, sed & videmur videre ipsos Cœlos pluviam
reddentes, terram flores emittentem, arbores frondescentes, &c. no-
biscum quasi gaudio gestire. Sit autem gaudium hoc nostrum,
gaudium in Domino, Luc: 1. v. 46. 47. Phil: 4. v. 4. Est enim gaudium
Christi, Job: 15. v. 11. Gaudium Spiritus Sancti, 1. Thess: 1. v. 6. Gau-
dium fidei, Phil: 1. v. 25. atque propterea gaudium sincerum, quod om-
nem exuperat & absorbet tristitiam in cordibus nostris, Psal: 73. v.
25. 26. Rom: 12. v. 12. 1. Pet: 4. v. 13. quamobrem indefinenter orabimur
ex Syr: 50. v. 24. 25. 26.

4. (Ex Vers. eod.) Qui nos liberavit ab omnibus hostibus spiri-
tualibus, utpote à maledictione legis, Gal: 3. v. 13. 14. à morte æter. 1. Cor:
15. v. 55. à Diab. & inferno, Hos: 13. v. 14. 1. Job: 3. v. 8. Is non deerit
nobis in ullo periculo, Psal: 46. v. 2. seqq. Es 91. v. 14. seqq. Esa: 41. v. 10.
De quibus Dei promissionibus sumus certissimi. quia

5. (Ex Vers. 24.) Qui hæc promisit, est omnipotens, Exod: 15. v.

23. 11. Deut: 32. v. 39. seqq. Jer: 32. v. 17. seqq. legatur Gen: 28. v. 13. 14. 15. de promissione Jacobo factâ, & Conf. Cap. 32. v. 10. de Hifchia, 2. Reg: 19. v. 3. 6. 10. 14. 15. 16. 20. 35. De Josaphat, 2. Chron: 20. v. 1 -- 26.

6. (Ex Verf. 25.) Est sapiens & solus sapiens, 1. Tim: 1. v. 17. qui causis secundis non alligatur, vid. sup. expl. text. & add. Jer: 51. v. 15. Dan: 2. v. 20. 21. 22. Rom: 16. v. ult.

7. (Ex Verf. 26) Est verax, add. ad dicta sup. etiam Num: 23. v. 19. Ezech: 12. v. 21 -- 25. Dan: 9. v. 4. Hinc Aug. Deus dixit, veritas dixit, mutari non potest, quod immutabilis dixit. Hoc experti sunt Israëlitæ, Deut: 7. v. 8. 9. 10. Jos: 21. v. 43. 44. 45. Et Nos quotidie imò omni momento idem experimur, did. ex 1. Cor: 10. v. 13. 2. Thess: 3. v. 3. Huic ergo omnipotenti, soli sapienti & veraci Deo adhæreamus, ex Psal: 73. v. ult. & concl. ex Eph: 3. v. 20.

CONCIO II.

Parasc. Psal. 9. v. 10. 11. 12. quibus verbis excitamur ad gratiarum actionem, ad preces fundendas, & ad fiduciam in Deo collocandam, appl. ad Diem præsentem & Textum prælegendum.

Textus, Esa. 8. v. 9 -- 14.

EXord. Esa: 25. v. 1. 4. Conf. Psal. 28. v. 6. 7. 9. & add. Exemplum Abie, 2. Chron. 13. v. 14 -- 18. & Appl. ad textum, in quo Not. I. Explic. II. Applic.

In I. Observabitur (α) OCCASIO, quæ patet ex Cap. 7. ubi cæperat Propheta primò consolari Achasum, Regem Judæ (Hierosolymæ) contra quem insurgebant Rezin, Rex Syriæ (Damasci) & Pekah, Rex Israel (Samarie) & prædicere horum duorum Regum conatum irritum fore, v. 1 -- 16. Sed deinde diffidenti Huic Regi, eodem capite denunciavit Propheta Regionis (Juda) devastationem per Regem Assyriorum, v. 17 -- 25. Hoc autem Cap. 8. paulò clariùs monstrat, quomodo sc. iussus à Deo in grandi volumine, stylo hominis, (b. e. majusculis literis, ut à quovis legi possit,) hæc scribere verba; *Velociter spolia detrahe, citò prædare, & assumptis duobus testibus, idem nomen, (sc. velociter spolia detrahe, citò prædare, imponeret filio à Prophetissâ nascituro, v. 1. 2. 3. 4. quo nomine ut & scripturâ, sibi in memoriam revocarent, Regem Assyriæ citò venturum & deprædaturum Syros &*

Israelitas. v. 5. 6. 7. idem explicat clarius: Ubi per Siloa, lentè fluentem, intelligitur Regnum judaicum, tum temporis propter discessum 10. tribuum valdè debilitatum, (*Siloa enim fons est propè Jerusalem.*) hujus Prophetiæ complementum, *leg. 2. Reg. 16. v. 9. & 17. v. 3 -- 6.* Ab hac autem clade neque immune foret Regnum Juda, quod liquet *ex vers. 8.* ubi per *aguas pertingentes ad collum*, significatur clades magna, sed non totale exitium, salvà enim mansit metropolis (Hierosolyma) *per extensiones alarum*, exercitus Assyriorum: Per *terram IMMANUEL*, Judæa: Messias enim ex gente Judaicà nasciturus erat, in Judæa maximà ex parte docturus, ibi passurus, moriturus, &c. Hic autem *vers. 8. & textus prælectus (ex vers. 9 - 14.)* collatus cum *2. Reg. 18. * & 19. ** fit dilucidior, & melius percipitur.

(B) *CONSOLATIO*, Ne autem desperarent pij timidiores & pusillanimes, (cladem Judæa ex v. 8. audientes) hæc addit apostrophem ad Assyrios ironicam, *vers. 9. Waver wrede - Hebr. congregamini*, classicum canite: *! Sols! Vos populi impii & Ecclesiæ Dei hostes, egißwer lüßwål Sychtenal conteremini*, vincemini, *hörer til - auscultate*, obedite Regi Assyriorum vocanti vos ad prælium contra Judæos, *accingemini & conteremini*, accingemini inquam & conteremini. q. d. cum tanto jam odio, vos populi longinqui, flagretis adversus Judæos, siquidem congregamini, (gladiis) accingemini, consilium initis, imò omni conatu, studio & industria in id incumbitis, ut eos evertatis & deleatis; Ergo experiemini, & comperietis consilia vestra fuisse vana & humana, omnesque conatus vestros vanos atque irritos, quia *conteremini, &c. Conf. 2. Reg. 19. v. 20. 21. 35.*

(γ) Hostium *CONSULTATIO*, *vers. 10. Bessuter - inite consilium* (de Judæa subjuganda) *& dissipabitur*, evanesceat & in fumum abiit: *loquimini verbum*, decernite & concludite, quo pacto Ecclesiam Dei funditus delere queatis, *& non stabit*, (de irritò hoc consilio *leg. 2. Reg. 18. v. 17. seqq. Conf. Nebem. 4. v. 15.*) quia *nobiscum Dominus*, Ecclesiæ protector, qui hæc ob causam dicitur & est *IMMANUEL*, quique ex tribu Juda humanam naturam assumpturus est. *Rom. 8. v. 31.*

(δ) *INFORMATIO*, quâ Prophetam ulteriùs instruit ipse Deus, *vers. 11. En så säger HERREN - quia sic dixit Jehovah ad me in apprehensione manus.* Verba verè dulcia: Ecce Prophetæ manum apprehendit Deus, instar Pædagogi circumducentis & erudientis discipulum, vel instar amici cum amico familiariter colloquentis, *Conf. Psal.*

Psal. 32. v. 8. Erudivit me ne ambularem in via populi hujus, h. e. ne amplecterer & approbarem consilia & institutum populi hujus, in defendendo sese contra hostes appropinquantés, dicens, sc. Dominus.

(ε) A fœdere *DEHORTATIO, vers. 12. i. skelen icke sãja / Fœbund-Ne dicatis* (Tu & pii in populo Judaico) *confœderatio*: hoc est, fœdus pangemus cum Rege Assyriorum, ut nos defendat adversus Regem Syriæ & Samariæ. *omnia enim que loquitur populus iste, confœderatio.* hoc est, crepat populus: confœderati sunt aduersus nos Rex Syriæ & Samariæ, illorum vim atque injurias à nobis propulsare si velimus necesse est, ut cum potentissimo Assyriorum Rege fœdus ineamus, &c. plausibilia quidem hæc fuere populi verba; verum Deus per Prophetam, hoc consilium improbat, dicens; *ne timeatis timore isto, quo populus ille incredulus, qui impiis gentibus potius fidit quàm Domino, (leg. Consolatio Dei, Cap. 7. v. 2. seqq.) ne paveatis;* j. nolite ita confternari & trepidare ad minas hostium; ut propterea cum Gentilibus fœdus feriatis, (sed nihil egit Propheta, dehortationem hanc saluberrimam fœcci fecit tam Rex quàm Populus Judaicus, *leg. 2. Reg. 16. v. 7. 8. 9. undè cultus divini immutatio, v. 10. 20.*)

(ζ) *SANCTIFICATIO, v. 13. 14. utan helger Hertran - sanctificate Deum Zebaoth, Deum sanctificant homines, quando ejus sanctitatem agnoscunt, eique Sanctitatis laudem tribuunt, & verà fiducia ei adherent, 1. Pet. 3. v. 15. Conf. Orat. Dom. per. primâ. ipse sit pavor vester & timor, hunc (Deum Zebaoth) timete, & non homines, qui nocere nequeunt, nisi permittente Deo. De hoc timore Deo convenienti & debito, leg. Conc. ex Jer. 5. v. 22. Conf. Matth. 10. v. 28.*

Vers. 14. Sã skal han warda - Et erit (vobis) in sanctificationem, sanctuarium & Asylum, ad quod in omni anxietate confugiendum. Est 1. justitia nostra, Jer. 23. v. 6. & sanctificatio, 1. Cor. 1. v. 30. Men en Störesteen - them tweem h. e. duobus regnis, (nempe Juda & Israël sive 10. tribuum.) applicari possunt hæc ad eos, qui de divino auxilio desperantes, spem in præsidiiis humanis collocant. Præcipuè verò impletum est hoc vaticinium, in Judæis tempore Novi Testamenti, idem prædicente Simeone, Luc. 2. v. 34. Conf. Act. 13. v. 46. 1. Cor. 1. v. 23.

II. *Appl. In quâ Not. Doct, 1. ex v. 9. Inter mala, quæ nos infestant, infestant, & ulterius timentur, est etiam Bellum, quod ut edardentiùs, hisce præcipue diebus precationum deprecari sciamus, discamus (1) quod Bellum sit pena peccati, Ezech. 21. v. 13. -17. Hof. 14. v. 1. A-*

L.C. De Bello

Vic. Registr. in Bibl. Göt. vol. 1015

258
132
fœdus pa
51
51
8:7
100
Tome
Jec 232
Asylum
nostrum
Gom
100

Bellum
in 24
19. 62
Sam 12
Re 25.
4:12
7:9
1. 1. 1.
quod
monet
v. 1. *Amos 9. v. 8. 9. 10. Sc.* (2) quod Bellum sit poena maxima, numerata inter tres poenas Davidi propositas, 2. *Sam. 24. v. 10-14. Conf. Jer: 14. v. 12.* & inter quatuor illas, per Ezechielem, populo Jerosolymitano denunciatas, *Cap. 14. v. 13--20.* quot v: & qualibus difficultatibus ac miseriis scateat bellum, non omninò nobis est incognitum; Ex multis tamen tam in S. Script. quàm hist. profanis, bellorum descriptionibus, præcipuè sine animi commotione legi non potest, illa, 2. *Sam: 12. v. 29. 30. 31.* item, 2. *Reg: 24. v. 24. seqq. & 25. * add.* Historia devastationis Hierosol. ultimæ. (3) Quod Bellum, quatenus est poena peccatorum, sit *ab ipso Deo, Deut: 28. v. 36. 37--41. 48. seqq. & 32. v. 25.* idem patet ex toto lib. Judicum, libris Samuelis, Regum, Chronicorum, & passim ex Scriptis Prophetarum: Hinc quidam Tyrannorum passi sunt se nominari *flagella Dei,* & in suis vexillis describi: *Terror & flagellum Dei. Conf. Esa: 10. v. 5. 6.* Quapropter monemur, ut tempore belli, & aliàs dum varia belli incommoda nos premunt, *occurramus Domino, (Amos 4. v. 12.)* & quidem (1) verà poenitentia, *did. ex 2. Chron. 12. v. 6. 7. & 20. v. 2. seqq.* (2) Humili patientia, *Thren. 3. v. 28. 29. 30. Mich: 7. v. 9. (3) precum vehementia,* quâ hostes confunduntur & conteruntur, *ut b. l. v. 9. 10. & Cap. 10. v. 23. seqq.* Imò tempore pacis oremus indefinenter & indefessè pro pace, *Ex Syr. 50. v. 25. 1. Tim. 2. v. 1. 2. 3. Conf. 2. Reg. 20. v. 19.*

2. *Ex Vers. 10.* Dulce est Nomen IMMANUEL, quo nos solamur & tuemur contra omnes hostes, imò contra ipsum Satanam; quia *Si Deus pro nobis - Sc. Rom: 8. v. 31. seqq.* Est autem Christus (qui dicitur & est noster IMMANUEL) Nobiscum per salutiferam suam incarnationem, *Esa: 7. v. 14. Pro nobis,* per efficacissimam intercessionem, *1. Job. 2. v. 1. In nobis,* per gratissimam sanctificationem, *Job. 15. v. 4. seq. 2. Cor. 13. v. 5. Eph. 3. v. 17. 1. Job. 4. v. 13. Apud nos gratiosissimâ suâ præsentia, Matth. 28. v. 20. Job. 14. v. 18. O Solatium!* Hinc ex grato & fidenti animo ingeminemus illud, *Psal. 3. v. 5. 6 & 23. v. 4. Conf. Zeph. 3. v. 14. 15.*

3. *Ex Vers. 11.* Quanta quæso est hæc clementia? ipse Deus nos instituit, (haud secus ac pædagogus manu apprehensâ circumducit, docetq; discipulum) paternè monens, *ne in via impiorum ambulemus,* *Conf. Psal. 1. v. 1.* eorum sc. qui imminente aliquo periculo præcipuè Bello, confidunt consiliis & præsidiiis humanis, sicut Achab, *1. Reg. 22. v. 2. seqq. Lyllias, 2. Maccab. 11. v. 1. seqq. Nicanor, Cap. 15. v. 1. seqq.*
Nos

De bello
in Biblia